

702

causam exteriorem. peccatum enim est actus voluntarius. voluntaria autem sunt eorum quae sunt in nobis. et ita non habet exterioris causam. & peccatum non habet exterioris causam. **¶** Sed sic natura est principii meriti? ita enim voluntas. si peccatum in rebus naturalibus nunquam accidit nisi ex aliqua interiori causa. ut puta monstruosi partu. pueniunt ex corruptione aliquid principii interioris. & neque in moralibus potest contingere peccatum nisi ex interiori causa. non ergo habet causam exteriorem. **¶** Multiplicata causa multiplicatur effectus. si quare plura et maiora sunt exteriorius inducta ad peccatum tanto minus id quod inordinare quis agit ei imputatur ad peccatum. & nichil exteriorius est causa peccati. **¶** Sed contra est quod dicitur xxxi. nonne isti sunt qui receperunt filios israel et purarunt eos fecerunt in domino super peccato regum. & aliquid exterioris potest esse causa faciens peccare. **¶** Respondeo. dicitur quod sic super dictum est. causa interior peccati est et voluntas faciens actum peccati. et ratio quare ad caritatem debite regule. et appetitus sensitivus inclinans. Sic ergo aliquid extrinsecum tripliciter potest esse causa peccati. vel quod movet immediate ipsam voluntatem. vel quod movet rationem. vel quod movet appetitum sensitivum. **¶** Voluntas autem ut super dictum est interiorius movet non potest nisi deus qui non potest esse causa peccati ut infra ostendetur. unde relinquitur quod nichil exteriorius potest esse causa peccati nisi vel in quantum movet rationem. sic homo vel deus per suadens peccatum. vel sic movens appetitum sensitivum sic aliqua sensibilia exterioria movent sensitivum appetitum. Sed neque persuasio exterioris in rebus agendis ex necessitate movet rationem. neque enim res exterioris apponit ex necessitate movet appetitum sensitivum. nisi forte aliquo modo dispositum. et tunc enim appetitus sensitivus non ex necessitate movet rationem et voluntatem. unde aliquid exteriorius potest esse causa aliqua movens ad peccatum. non tamen sufficit ad peccatum inducens. si causa sufficienter duplex peccatum est sola voluntas. **¶** Ad. i. dicitur. quod ex hoc ipso quod exterioria movent ad peccatum non sufficienter et ex necessitate inducunt sequitur quod remaneat in nobis peccare vel non peccare. **¶** Ad. ii. dicitur. quod si quod movet interior causa peccati non excluditur exterior non enim quod est exterior est causa peccati nisi mediante interiori causa ut dictum est. **¶** Ad. iii. dicitur. quod multiplicatis exterioribus causis inclinantibus ad peccatum multiplicatur actus peccati. quod plures ex illis causis plures inclinatur ad actum peccati. si tamen minuitur ratio culpe quae consistit in hoc quod aliquid sit voluntas. **¶** Ad. iii. sic proceditur. videtur. **¶** Item in nobis quod peccatum non sit causa peccati. Sunt enim quatuor genera causarum quorum nullum ad hoc potest agnoscere quod peccatum sit causa peccati. scilicet enim habet rationem bonam quod non appetit peccatum quia de sua ratione est malum. et eadem ratione nec peccatum potest esse causa efficiens quia malum non est causa agens si est infirmum improprie ut dicitur. **¶** Item. ca. de di. no. Causa autem materialis et formalis videtur habere solus locum in naturalibus eorum quibus quod sit composita ex materia et forma. & peccatum non potest habere causam materiale et formale. **¶** Item. agere sibi simile est rei perfecte ut in iii. meth. dicitur. si peccatum est de sui ratione imperfectum. & peccatum

non potest esse causa peccati. **¶** Sed si homo peccati sit causa aliud peccatum. eadem ratione et illius erit causa aliud peccatum. et sic proceditur in infinitum quod est inconveniens. non ergo peccatum est causa peccati. **¶** Sed contra est quod Gregorius dicit super ezechiel. peccatum quod per rem tenam eius non videtur. peccatum est et causa peccati. **¶** Respondeo. dicitur quod cum peccatum habeat causas ex parte actus si modo unum peccatum possit esse causa alterius. sic unus actus humanus potest esse alterius causa. **¶** Contingit ergo unum peccatum esse causas alterius secundum quatuor genera causarum. Primo videlicet secundum modum cause efficiens vel movens et per se et per accidens. per accidens quidem sic remouens prohibens dicitur movens per accidens. Cui enim per unum actum peccati homo amittit gratiam et caritatem vel veritatem et quodcumque aliud retrahens a peccato in adit ex hoc in aliud peccatum. et sic primum peccatum est causa secundum per accidens. per se autem sic cum ex uno actu peccati homo disponitur ad hoc quod alium actum similem facilius committit. ex actibus enim causantur dispositiones et habitus inclinantes ad similes actus. **¶** Secundum vero genus cause materialis unum peccatum est causa alterius in quantum ipsa materiam. sic autem materia parat materiam linguis. quod plerumque est de divinis congregatis. **¶** Sed tunc vero genus cause finalis unum peccatum est causa alterius in quantum propter finem unius peccati aliquid committit aliud peccatum. sic cum aliquid committit similitudinem propter finem ambicionis. vel fornicationis propter furtum. et quod similes dicitur fornicationis in moralibus ut super habitum est. ex hoc enim sequitur quod unum peccatum sit formalis causa alterius. in actu enim fornicationis quod propter furtum committitur est quidem fornicatio sic materiale. furtum vero sic formale. **¶** Ad primum ergo dicitur. quod peccatum in quantum est inordinatum habet rationem mali. si in quantum est actus quidam habet aliquid bonum saltem apparens per se. et ita ex parte actus potest esse causa et finalis et effectiva alterius peccati licet non ex parte inordinacionis. **¶** Materia autem habet peccatum non ex qua si circa quam forma autem habet ex fine. et ideo secundum quatuor genera causarum peccatum potest dici causa peccati ut dicitur. **¶** Ad. ii. dicitur. quod peccatum est imperfectum in parte naturali ex parte inordinacionis. si ex parte actus potest habere per se bonam naturam. et sic potest esse causa peccati. **¶** Ad. iii. dicitur. quod non omnis causa peccati est peccatum. unde non oportet quod peccatum in infinitum sit peruenire ad aliquod primum peccatum cuius causa non est aliud peccatum.

¶ Et tunc dicitur de causis peccati in speciali. **¶** Sed de exterioribus. **¶** Tercio de peccatis quod sit causa aliorum peccatorum. **¶** Prima autem dicitur quod si peccatum erit tripliciter. **¶** Primo agitur de ignorantia quod est causa peccati ex parte rationis. **¶** Secundo de infirmitate seu passione quod est causa peccati ex parte appetitus sensitivi. **¶** Tercio de malicia quod est causa peccati ex parte voluntatis. **¶** Circa primum queritur quatuor. **¶** Primo utrum ignorantia sit causa peccati. **¶** Secundo utrum ignorantia sit peccatum. **¶** Tercio utrum totaliter a peccato excuset. **¶** Quarto utrum diminuat peccatum. **¶** Ad. i. sic proceditur. videtur quod ignorantia non potest esse causa peccati. quia quod non est nullus est